

**05
A
1825**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-613816-p0002-2

DFG

io.

CVM DEO,
CONSENSV
MAGNIFICI JURISCONSULTORUM
ORDINIS,
DE
PLURIUM CIR-
CA UNIUS DEBITO.
RIS BONA CONCURREN-
TIUM CREDITORUM
JVRIBVS,
PRÆSIDE
JOACHIMO *NERGERI*,
GRYPHIMONTE SIL. J. V. L.
dissertabit
DANIEL HINTZ, *Rly*
BELGARDO-POMERANUS
Autor
d. 15. Iulij
In Acroaterio JCtorum.

WITTEBERGÆ ,
Typis Johannis Haken, M DC LVIII.





05 A 1825

Cum bono D E O.



Tut de plurium creditorum
luribus ad bona communis de-
bitoris concurrentium, abso-
lutissimi prostent tractatus, &
fæcundissima apud Doctores
invenire sit loca ; facere ta-
men non potui, quin & ipse
pro virili h̄ic meam moverem
urnam, Praeceptorum legens
vestigia ; Quò enim hæc materies frequentior, utili-
or, magisque necessaria , eò reddenda familiarior ;
quæ, scipsm ostendens arg.l.i ff. de integr. restit. cum
nullâ egeat commendatione , prolixioris antefatio-
nis desino ; Antequam verò arcem rei ingrediar, à Di-
vino NVMINE devotissimâ contendô prece , ut vires
undi quaque rei convenientes largiatur benignè : Sit
ergò

THE SIS I.

Concursus creditorum esse intelligitur, cum hi, co-
ram competente judice, prolati diductisque suis Ju-
ribus, de bonis suidebitoris, facultatibus lapsi æstima-
tis invicem concertant, quis eorum solutionis ergò
alteri sit præferendus, cum bona singulis non suffici-
ra, persuasum est.

s. i. Clam non est, concursus creditorum ad quatuor
redigi capita : Vid. *Franciscus Salgado in Labyrintho creditor. p.*
l.c. i. & n. 3. p. 2. Sed h̄ic non de iis . ubi ad effectum conceden-
di debitori dilationem, nec ad remittendam æris alieni par-
tem aliquam : sed ubi, dum ab uno creditorum pulsatur debi-
tor actione, à cæteris concurritur, ursuris jura antelationum :

A 2

aut

Aut ipse eosdem convocat eā fini, ut ex cessis à se bonis juxta gradus prærogativam satisfiat, acturi sumus.

§. 2. Cum creditorum non una eademq; conditio sit, sed alii aliis ob varia prælationis jura, ac multiplicia prioritatis privilegia, antelocandi sint, contentionibus, quæ sèpiùs graves variæque sunt, *Berlich. p. i. conclus. 63. n. 2.* opus est, à judice decidendis competente, cui debitor subest, *arg. l. 3. C. de posth. hered. instit.* extra territorium enim jus dicenti impunè non paretur; Nec functi creditores officio suo videntur, si credita sua per schedulam exhibita demonstrarint, sed necesse est, de juribus prioritatis demonstratis controverterint, *Carpzov. Jurispr. for. Rom. Sax. p. i. const. 28. def. 2. n. 1.* prius est enim, ut servato ordine actio adversus reum dirigatur, & causâ cognitâ sententia accipiatur *l. i. C. de exec. rei jud. alias omnia poterunt revocari l. 58. ff. de re judic.*

§. 3. Quia homines quidam transmarinas, & in alienis regionibus exercent negotiationes, fieri potest ut de facultatibus suis amplius quam in his est, sàpè sperent. *§. 3. I. qui & ex quib. causis man. non poß.* hacque spe lactati multum æris alieni contrahant, cui tandem tamen exsolvendo non sunt; Aliis verò adeò periit pudor, ut quantum potest, mutuo sumant pecuniam quò defraudent creditores; aliis verò ex inopinato dispereunt bona, ut hinc in proclivi sit, istos culpâ, illos dolo hos casu lapsos facultatibus: Culposis istis, cum imputari possit quod non sedulani navarint diligentiam, commodum cessionis beneficium haud paratum est, Dolosi verò illi, quibus fidem fallere volupe, quod grave *l. i. ff. de constit. pecun. ne qui de in appellatione debitorum dignandi, sed decoctores bonorum & defraudatores sunt.* *Scheplitz. Promptuar. jur. Tit. de cred. & debitor 33. §. 7. n. 2. & seqq. Stracha de decoctoribus, passim.* Et, uti localibus Germaniæ statutis & Juribus Saxoniciis provisum est, carceribus includendi, absq; spe liberationis, priusquam debitum solverint aut idoneam de exolvendo præstiterint cautionem *Gail. lib. 2. de pace publica c. 2. n. 8.* quamvis nec leges nostræ carcerem debitorum undiquaq; derogatum ve- liint. *l. i. C. qui bon. ced. l. 2. C. de exactor. tributi vid. Carpz. in Asyl. debiter.*

debitor. posit. 3. Jure ex Saxonico, Landrecht l.3. art.39. in pr. Weichbild art.27. circa fin. Coler. de Process. Execut. p.1.c.3. n.160. hoc tradit, quod debitores ejusmodi creditori ad manū tradātur, eā fini, ut ipsos vel in cōpedibus & vinculis inclusos teneat, & eorundem operis & servitio tamdiu utatur, donec aut ex taxatione operarum aut aliter ipsi satisfiat. adde Richter. de jure & privil. cred. c.1. n.73. & sq. Iis verò qui sine dolo, calamitate scilicet helli, & quovis alio fatali casu, cui humani tūs resisti nequit vid. l.2. §.7. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l.1. §.4. ff. de O. & A. l. 23. ff. de R. 7. ad incitas redacti, & iniquā creditorum exactione haud molestandi sunt, de bonis cedendis beneficium indultum l.4. C. qui bon. ced. poss. universis, cum creditoris arbitrio permittatur, ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum commodum pervenire l.8. ff. de distract. pignor. Carpzov. p.1. const. 32. def. 9. n. fin. Richter. d.l. c. 1. n. 56. Quæ cessio tamen distat maximè à nostro concursu & in mediis & in modo, ut ut ratione finis, scilicet actualis solutionis conve- niant: Consulatur Salgado d.l.n.57. p.8.

§. 4. Bona verò debitoris rite aestimanda sunt, quò consta-re creditoribus possit, an illa omnium solutionibus paria, si e-nim sufficerent, prolixā περιτοπεγξίας discussionē nil profectu-ris littora bubus arabis, & quod iterum in diverbio est, exerci-tati artifices de lana captina digladiabuntur; dum vero ea taxata, & æra creditorum liquida ad calculos revocaveris, de-prehendes sine curā, raro ad chirographarios in tali concursu aliquid residui pervenire solere, attestante VVesemb. & iff. de pri-vil. cred. n.9. Debitori verò executiendo nihil omnino relin-quendum arg. l. 1. C. qui bon. ced. poss. Carpzov. p.1. const. 32. def. 15. n. 1. adeo ut patri non tantum sed nec liberis vitæ adminicula re-linqui necesse sit, alimenta enim deberentur ex bonis pater-nis, jam vero hæc nulla sunt hic, alieno ære deduciō l.39. §.1. ff. de V. S. sic & legitima quarta tantum accipitur, deducto ære aliено l.8. §.9. ff. de inoffic. testam. Carpzov. p.1. const. 28. def. 157. nisi ad certam debitori ejusq; liberis exolvendam summam annu- atim consenserint creditores vid. Richter. d. c.1. n.70.

THESES II.

Concursus hic vel à debitore ipso, ejusque heredibus, vel à creditoribus formatur.

§. 1. De debitore ad ih. i. §. 1. preventum est: quà debitoris heredes, etiam nihil heret dubii: & quidem creditoribus hereditariis, ex contractu, & facto defuncti actione hereditariâ; (hereditas enim quin obliget nos æri alieno etiam si non sit solvendo, plus quam manifestum est. l. 8. ff. de A, vel A. H.) quasi ex contractu verò obligantur, cum non alia obligatio-
nis causa est, quam agnitus voluntatis defuncti l. 5. §. 2. ff. de O.
& A. §. 5. Inst. de oblig. que qs. ex contr. siq; impuberes minores
vel sint tutorum, curatorumq; erit, negotium agere, sub præ-
textu enim ætatis pupilli, minorisve debitoris hereditarii, crea-
ditorum exactionem differri non posse nimis evidens est l. 4.
C. de heredit. aet. Debitoris verò hujus vel heredum erit pete-
re, ut creditores injus vocentur, debita sua probatur, ac quis
eorum potior, concertatur, nec consultum, ut hi semper si-
nuoso processu defatigentur, sed judicis erit, omnia pensiu-
lare secum, quo contentionum compendium fieri possit, circu-
litionesq; præcidantur; quam maturationem jura præsertim
Saxonica vid. Ord. N. Proc. tit. 41. in pr. vers. Und dergleichen
disputat, tantum non imponunt judici. Hinc non raro intra
statum terminum exprimere prioritatis jura jubentur, nisi his-
dem cadere velint, modò ad peremptorium edictum. Ordine
perveniatur, vide omnino l. 68. & seqq. ff. de judicis. ac absentia
incusetur, & tum statuatur. l. 13. §. 1. C. de judicis. Tritissimum e-
nim Advocatorum est, nemo pro contumace habetur, nisi ejus
contumacia non solum accusata, sed etiam super ea senten-
cia lata fuerit. Carpzov. p. 1. const. 9. def. 15. Richeen d. l.

§. 2. Acteditoribus solis dum concursus formatur, judi-
cium non universale, sed tantum particulare est, cum ad solos
concurrentes creditores, nec ad alios seorsim, & alibi litigan-
tes spectet, bene enim hic exercitatissimus Practicus, Salgado d.
l. p. 1. c. 4. §. 1. discriminat litem hanc creditorum à concursu
creditorum, qui Author. adeundus. Cum verò hic spē de-
bitor

bitor perfugam se creditoribus subtrahat, vanum inducens animum, sic se à solutione & executione liberatum iri; publico tum edicto, in trium-Dominorū territoriis affigendo *Carpzov. p. n. const. 28. def. 7.* primum quidē citand⁹, quo apothā sua vel fateatur vel juratō diffiteatur, sub pœna cōtumacia; deinde sub hac eadē pœna, sed usq; ad legitima impedimenta; denuo, dū geminæ literæ cōminatoriæ nihil profecere, instrumēta pro recognitis habeantur, imponaturq; sub pœna executionis solutio, modò singulis vicibus incusata contumacia, lataque sententia. *Richter. d. c. i. n. 54.* quamvis usus ob moras, quas debitor necit, quò ocissimè lis absolvi possit, has trinas vices ad binas redegerit; *Richter. d. l.*

S. 3. Rarum quoque non est, ut fugiente, aut latitante aut bonis cedente debitore, aut sine hæredibus decedente, curator constituatur bonis *l. i. s. 1. ff. de curatore bonis dando,* vel privato creditorum consilio *l. fin. ff. d. tit.* vel magistratus auctoritate, si creditores convenire non possint, aut nemo idonus subire velit. *Carpzov. d. l. p. n. const. 28. def. 8. in fin.* ne judicium sine reo mutilum esset *c. 10. X. de V. S.* Cujus, si bonis cessum, officium erit illa in teperatorium conjicere, administrare, cum confessione creditorum vendere, hisdem pecuniam solvere, aut in judicio deponere, vel bona nondum distracta creditoribus in solutum dare. Sin latitet aut aufugerit debitor aut sine hærede decesserit, tunc hæreditatem aut bona defendat, documenta prolata recognoscat, & creditoribus satisfaciat, *vid. Gail. 2. obs. 130. n. 5. & seqq. Zœf. ad tit. de curat. boni dand. n. fin.*

THEISIS III.

Concūsu hoc rectè formato, ante omnia credita in schedula exhibenda, probationibusque sufficienda sunt.

I. 1. Monstrandum enim quod postulas, quo deliberari possit, an contendendum, an cedendum; & inanis omnis actio, nisi indubitatā probationis fidē apud competentem judicem liqueat vera esse, quæ in judicium dēducuntur *Cujac. in Paratit. C. de probat.* nec quisquam victoriæ spem ullam sine probatione habere potest, *Arnold. de Reyger Thesaur. juris, lit. P.*

ver.

Serbo Probatio n. 408. Debitum verò liquidum est , de quo apparet , quid , quale , quantum ve sit , l. 6. ff. sic cert. petatur Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 4. Quamvis autem confessio partis liquidissima probatio sit , parem q; imo majorem vim habens sententiā in processu ordinario obtentā l. un. C. de conf. Dom. Card. Tusch. practic. conclus. Tom. 2. verb. confessio concl. 645. n. 1. & seq. Confessioni tamen huic tantum statut in eo , quod confitēti nocet Marant. in Specul. part. 6. tit. de confess. n. 27. non autem si id in præjudicium tertii tendat Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 372. & 489. n. 5. Mera igitur debitoris confessio hic satis esse nequit ; de prioritate enim creditorum ex eorundem documentis & probationibus constare debet , Richter d. l. c. 1. n. 8. Instrumenta verò privatorum originalia (quæ vel à Notario judicii descripta , aut revisa , ejusq; subscriptione & sigillo munita Richter. d. l. n. 16. & 19.) confessione roboranda (quamquam sæpe hac conditione , ut objectæ post recognitionem salvæ maneant exceptiones Richter. d. l. n. 20.) debitoris , qui ad id & compelli , vel juratō diffiteri potest , ne aliás ex falso instrumento condemnetur aliique creditores non privilegiati graventur , Carpzov. d. l. def. 6. n. 4. & 6.

¶ §. 2. Circa haec recognitionem , quæ vim confessionis habet , cui standum est. l. 19. C. de fid. instrument. Carpzov. d. l. def. 6. n. 6. exigimus , ut in judicio vel coram judice extra locum sessionis majorum fiat. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. n. 105. bona fide , non in creditorum necem , i. e. fraudem , sigillum & subscriptionem debitoris , voluntare appositam pro inducenda obligatione habeat , sic hæ literæ merentur paratam executionem , consule laudatum. Coler. d. l.

§. 3. Licet vero aliás reus effugere possit juratam diffessionem , si onus probandi in se suscipiat , & conscientiam suam hoc modo defendat. Carpzov. lib. 3. respons. tit. 5. resp. 50. In hoc casu tamē ubi summarie agitur , non procedit , sed præcisè aut recognoscere aut juratā diffessione uti debet. Richter. d. l. n. 33. & 35. Creditores autem non semper coguntur juratę diffessioni debitoris documenta committere , si enim hic de perjurio forsitan est suspectus , illi debita sua per testes probare

bare possunt *Carpzov.* p. 1. const. 17. def. 14. n. 2. *Richter d. l.* n. 723
Et licet jam debitor jurato documentum confessus sit, postea
tamen, detecto errore & ostensâ falsitate, illa confessio jurata
per sententiam rescindi & retractari potest, ita, ut illa docu-
menta nihilominus valeant ac probent *Berlich.* p. 1. conclus. 44.

n. 55.

§. 4. Fieri autem potest recognitio non tantum per ipsos prin-
cipales sed etiam per procuratorem modò speciale ad hoc
habeat mandatum *Berlich.* d. concl. 44. n. 17. & 18. Et præjudicat
principali, fatendo sigillum & scripturam, cuius esse contem-
ditur, si autem neget, se sigillum vel scripturam productam
nosse, vel mandatis non esse, non præjudicat producenti, Do-
min⁹ enim ipse sive principalis tunc ad recognoscendum vel
jurato diffitendum tenetur, *Berlich.* d. l. n. 20. Jurata verò dif-
fessio non nisi per principalem debitorem fieri potest. *Richter*
d. l. n. 30.

§. 5. Recognitione semel rite facta, utpote quæ vim con-
fessionis habeat, *Richter d. l.* n. 13. in confessum verò sicut & in-
judicatum parata detur executio *Coler.* d. c. 1. n. 99. ulteriori
probatione opus non est. Debitor quoq; si jurato instru-
mentum sit confessus, absolvitur debet, jurejurando n. præstito o-
mnis disceptatio cessat l. 5. §. 2. ff. de jurejur. cum transactum vi-
deatur l. 2. & l. 31. ff. eod. Hic vero creditores, si cautiones nul-
las habent, alio modo, veluti testibus aut confessione debito-
ris credita sua probare possunt, qui tamen ideò Chirographa-
rijs adnumerantur, *Carpzov.* p. 1. const. 28. def. 159. n. 1. & 2. Exce-
ptis debitibus privilegiatis, de quibus tangam aliquid.

§. 6. Ministri igitur, famuli, ancillæ, aliiq; mercenarii
quantitatem salarii vel mercedis, dummodo prius constet, il-
los fuisse ministros & de pretio conventum *Carpzov.* d. const. 28.
def. 34. n. 7, (de pretio autem fuisse conventum præsumitur, cū
non sit verisimile quem gratis operas suas locasse arg. l. cum de
indebito 25. ff. de probat. ideoque, si Dominus vel alias alleget &
dicat quem gratis serviisse probare debet. *Hartm.* *Pistor.* p. 1.
quæst. 8. n. 7. *Berlich.* p. 1. concl. 64. n. 68. *Carpzov.* d. const. 28. def. 38. n.
2. arg. l. ab ea partes. ff. de probat. l. sive possidetis 16. C. de probat.)

B

pro-

probare possunt vel per testes, qui si omni exceptione sunt
majores, plenam efficiunt probationem *V V* esemb, in *n.* ff. de
probat. *n. 4.* Vel per juramentum. *Harem.* *Pistor.* *d. quest.* *3.* *n. 2.*
Moller. *p. i. const.* *28.* *n. 5.* *Carpzov.* *ibid. def.* *34.* *Berlich.* *d. concl.* *64.*
n. 69. Vel per confessionem debitoris, *Richter.* *d. tr. de privil.*
cred. c. 2. memb. 4. n. ult. Et hoc casu juramento opus non esse do-
cet ibidem idem; Sic & impensæ funerum probari possunt ex
verisimilibus conjecturis, quæ judicis arbitrio relinquntur,
vel cessantibus iisdem per juramentum ejus qui has impensas
fecit. *Moller.* *d. const.* *28.* *n. 26.* *Mascard.* *de probat.* *vol. 2.* *conclus.* *729.*
n. 1. & seqq. *Berlich.* *d. concl.* *64.* *n. 92.* & *93.* Talia pharmaca in
ægroti curationem composita sunt *Berlich.* *d. concl.* *64.* *n. 103.*
Carpzov. *d. const.* *28.* *def.* *46.* *n. 4.* & *5.* Sic pecunia mutuo
data ad refactionem ædificii impensa probatur, vel per testes,
qui viderunt eam expendi in eam causam vel per conjecturas
& à posteriori, ut si res aliqua fuit ruinosa & postea refecta vel
reparata appareat, licet non appareat ex quâ pecunia, quo ca-
su refectio vel reparatio creditoris pecuniâ facta præsumitur
I. Lucius Titius *7.* in *pr. ff. de exercit.* *a. et.* *Berlich.* *p. i. concl.* *65.* *n.*
135. *Richter.* *de privil. cred. c. 3. sect. 3.* *n. 18.* Nec requiritur ut pro-
het creditor, eam ipsam pecuniam esse impensam in refectio-
nem rei, sed sufficit ædes fuisse ruinosas, refactione & repa-
tione indiguisse & esse jam refectas, *Berlich.* *d. l. Köppen.* *decis.* *8.*
n. 35.

§. 7. Huc refert item; Licet mulieri privilegium dotis
prætensuræ non sufficiat mariti confessio de illatâ dote. *l. i.* &
tot. tit. C. de dote cantâ, in præjudicium creditorum, nam sibi su-
isque hæredibus nocet. *Schneid.* *ad §. fuerat 29.* *Inst. de act.* *n. 66.*
Licet facta fuerit in Instrumento publico & garentiato, &
in testamento, *Berlich.* *p. i. concl.* *65.* *n. 50.* *juramento confirmata,*
Schneid. *d. n. 66.* *Coler.* *de proc. exec.* *p. 3 c. 1 n. 115.* & seqq. *Carpzov.* *d.*
const. *28 def. 73.* licet confiteatur, se à tertio quodam extraneo
dotem accepisse. *Novell.* *100. c. 1. §. 1. vers. in nullo discernentibus no-*
bis, in verb. sive pater, sive alter quispiam pro ea. Licet mulier in-
supplementum jurare velit. *Carpzov.* *d. const.* *28. def. 75.* Attamen
illa confessio mariti etiam creditoribus præjudicat, si cum re-

num-

nunciatione dotis nonnumerata ante contractum matrimonium facta fuerit. Berlich. d. concl. 65. n. 44. Aut alii creditores sua debita etiam ex sola confessione mariti probent, nec realem numerationem docere posint Carpzov. d. const. 28. def. 76. Aut creditores mulieri exceptionem dotis non numeratae sequaz ab iis etiam post elapsa tempora, intra quæ opponi à marito potuit, opponi potest Schneidev. add. §. fuerat d. n. 66. Berlich. d. concl. 65. n. 54. Carpzov. add. const. 28. def. 74.) non opponat, sed eam silentio prætereant. Gail. 2. obser. 81. n. 4. Aut præter mariti confessionem quædam indicia & conjecturæ de dote numerata extant Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. n. 22. & seqq. & præsumpt. 13. n. 19. Aut si antea dos in pactis dotalibus vel aliter fuerit promissa, confessio autem dotis receptæ ex intervallo temporis subsequatur. I. in contractibus 24. §. quoniam 1. vers. 1. ideoque sancimus. C. de non numer. pecun. Aut si tēpore confessionis non appareat æs alienum, cuius intuitu maritus præsumetur confessionem fecisse, Menoch. d. præsumpt. 13. n. 24. Aut si creditores contraxissent cum marito post confessionem factam de dote recepta, Optime hæc Berlich. d. concl. 65. n. 51. & seqq.

THESES IV.

Ordo concurrentium creditorum ex diversâ, quod prætenditur, dependet qualitate debiti, hoc vero summatim quintuplex est (1) Simpliciter privilegiatum, (2) hypothecarium, cum antelationis privilegio, (3) hypothecarium simplex, (4) personale privilegiatum. (5) personale simplex, seu chirographarium. Hincque creditorum iterum quinque classes adsignari possunt: Ad primam referimus vindicantes res proprias, sumptus pendente concursu in utilitatem omnium creditorum erogatos, mercedes famulorū, impensas funebres, collectas & onera publica, annuos redditus vel census, & tandem pecuniam hæreditatem.

§. 1. Cum nullius justior petitio, quam qui rem suam vindicat. l. bona fides 31. §. 1. ff. depositi. & propterea rei vindicatio supra omnes actiones, tam personales quam hypothecarias. l. procuratoris 5. §. sed si dedi 18. ff. de tribut. act. l. si ventri §. 2. ff. de privil. cred. merito, qui jure dominii aliquid ad se pertinere probat, sive illud sit mobile, sive immobile, omnibus praferatur. Depositum ergo extans (si enim consumptum, personale solum privilegium habebit deponens & iolis chirographariis preferetur, id quod & Novell. Elect. Aug. p. 1. const. 28. §. ferner sollen auch. & Ord. Jud. tit 49. in pr. & Justinianæ juri conforme. l. si hominem 7. §. quoties 2. Et quod privilegium 8. ff. depositi. vid. Berlich. p. 1. concl. 64. à n. 10.) quoniam deponens dominium illius apud se retinet, illamque tantum alteri custodiendam commendat. l. 1. in pr. l. licet 17. §. 1. l. Lucius Titius 24. ff. depos. præ omnibus omnino creditoribus, qualitercunq; privilegiatis, vindicari potest. l. si ventri 9. §. in bonis 2. ff. de privil. cred. l. si res 8. C. ad exhibend. l. si is qui 8. C. depos. Moller. ad Const. Sax. p. 1. const. 28. n. 74. Carpzov. ibid. def. 15. Johan Michael Beuther. tract. de jure prelationis part. I. cap. 31. & p. 2. c. 12. Berlich. p. 1. concl. 64. n. 4. Scheplitz prompt. jur. tit. de creditor. & debitor. 33. §. 7. n. 4. Richter. tr. de privil. cred. cap. 2. memb. 1. n. 6. Nisi dominium rei depositæ in depositarium translatum, hoc enim privilegio prioritatis non gaudet, utut adhuc extet, quia tunc in creditum abiit. l. procuratoris 5. §. si plures 15. ff. de tribut. act. l. Lucius Titius 24. ff. depos. Carpzov. d. def. 15. n. 4 Berlich. d. l. n. 6. Scheplitz. d. l. in fin. Richter. d. l. n. 15. Idemque est, si usuras pro re deposita accepit deponens, hoc enim casu nullum privilegium habet, sed inter chirographarios numeratur Berlich. d. l. n. 7. Moller. d. const. 28. n. 75. Richter. d. l. n. 16.

§. 2. Idem privilegium competit pecuniæ ad cambium datæ propter publicam utilitatem, quæ in cambiis versatur, quia Respublica hisce carere non potest d. l. si hominem 7. §. 2. Et l. ff. depos. Beuther. d. p. 1. c. 32. Berlich. d. concl. 64. n. 14. Simile datur ijs, qui tanquam mandatario aliquid dederunt ut illud venderet, seu ad alium certum usum expenderet, si modo id adhuc extet l. l. §. quod si 12. ff. depos. l. si vero 12. §. dedi 10. ff. mando

Hartor.

Hartm. Pistor. part. 4. quest. 165. Beuther. d. tr. p. 2. c. 3 Carpzov.
d. const. 28. def. 16. Berlich. d. concl. 64. n. 15. & seqq. Item mulieri
quoad bona paraphernalia extantia l. i. C. de privil. fisci. l res
uxoris 24. C. de donat. inter vir. & uxor. l. i. C. ad l. Jul. de vi publ.
vel priv. l. ob maritrum 2. C. ne uxor pro mar. Berlich. d. concl. 64.
n. 18. & concl. 65. n. 66. Möller. d. const. 28. n. 37. Richter. cap. 3. sect.
i. n. 108. Idem extenditur ad liberos priorum matrimoniorū
qui in bonis adhuc extantibus quæ à parentibus prædefunctis
Inerati sunt omnibus creditoribus indifferenter præferuntur l.
assiduis 12. vers. exceptis C. qui pot. in pign. Beuther. p. i. c. 38 Berlich.
d. concl. 64. n. 19. Carpzov. d. const. 28. d. f. 14. Rem furtivam
quoq; sive apud furem ipsum sive apud alium extantem Domi-
nus ante omnes creditores vindicare potest. Beuther. p. i. c.
44. & p. 2. c. 9. & c. 30. Semper enim ea condici & repeti po-
test. §. quod autem 3. & §. seqq. Inst. de usucap. & long. temp. præ-
script. l. si profure 7. §. ult. ff. de conduct. furtiv. Berlich. d. concl. 64.
n. 21. & 120. Sic pater pecuniam à filiofamilias contra sena-
tus consultum Macedonianum solutā repetere, nec ipsi ulla ex-
ceptio objici potest l. si filius fam. 14. ff. de reb. cred. si cert. pet. Beu-
ther. p. i. c. 68. Cujac. l. 14. obs. 35. Hartm. Pist. p. 3 q. 20. n. 12. Berl.
p. i. concl. 64. n. 22. Id ταγωτον εξιας jus & illis competit qui in-
debitum solutum repetunt, ut bona fide possidenti hæreditatē
si creditoribus solverit. l. 5. C. de petit. hæred. Beuther. p. i. c. 22.
incip. Wan ein buchſüher hīc Bibliopolas quoq; īscere laborat
dū bona fide studiosis vel alijs libros cōcessere, sed culpatur à
Berlich. d. concl. 64. n. 26. Donatarius huc etiam referendus in
re sibi donata & postea alteri pignori data vel vendita l. quæ
præmium 6. C. si alien. res pignor. data fit, l. si quis 36. §. i. ff. de pign.
act. l. si quidem 13 sub fin. C. de donat inter vir. & uxor. Beuther. p. i.
c. 74. Berlich. d. concl. 64. n. 23.

§. 3. Venditor etiam in re vendita hoc privilegio prioritatis
gaudet, si modo fidem de pretio non habuit, & in re vendita
dominium pro pretio reservavit l. incivile 12. C. de rei vind. §.
vendite 41. Inst. de rer. divis. l. quod vendidi 19. ff. de contrab. empto

vel hypothecam, vel ante traditionem, vel in ipso traditionis
actu, Gail. prat. obser. lib. 2. obs. 15. n. 7. vel judicialiter vel
extra judicialiter Carpzov. p. 1. const. 28. def. 20. Beuther p. 1. c. 18.
Berlich. d. concl. 64. n. 32. Et seqq. & hoc procedit non tantum in
allodialibus, sed etiam in feudalibus etsi reservatio absq; do-
mini & agnatorum consensu facta sit; Berlich d. concl. 64. n. 35.
Richter. d. tr. cap. 2. memb. 1. n. 40. per text. in l. procuratoris §. 5.
sed si dedi 18. ff. de tribut. act. Secus tamen est, si venditor de pre-
tio fidem habuerit Carpzov. d. const. 28. def. 17. Richter. d. tr.
cap. 2. memb. 1 n. 49. Schneidv. ad §. venditæ Inst. de Rer. divisi.
n. 4. Nisi emptor dolose contraxit dum enim fugam præco-
gitavit, traditione non fit dominus. Gail. d. obs. 15. n. 9. Carp-
zov. d. const. 28. def. 18. adeo, ut etiam hoc casu venditor rem
venditam & ab emptore alienatam à tertio possesso repertere
possit Carpzov. d. const. 28. def. 19. Huc spectant, qui hypothe-
cam in re vendita consecuti sunt antequam venderetur, omni-
bus enim præferuntur creditoribus. Carpzov. d. const. 28. def. 22.
Berlich. d. concl. 64. n. 64.

§. 4. Vindicantes res suas sequuntur illi sumptus, qui pen-
dente concursu in utilitatem omnium creditorum erogati sunt:
Quales sunt expensæ ad conservationem bonorum debitoris.
Beuther. d. tr. part. 1. c. 27. Gotfred. in not. ad l. 5. ff. qui pot. in.
pign. sub lit a. Et b. In culturam agrorum. Richter. d. tr. cap. 2.
memb. 2. n. 5. In bonorum debitoris descriptionem, inventarii
confectionem, bonorum estimationem, taxationem ac distra-
ctionem Beuther. d. tr. part. 1. cap. 25. aliaq; litis expensæ, quæ
pendente concursu necessario & quidem omniam creditorum
gratia factæ sunt Richter d. t. n. 6. Et 7. Item curatori bonorum
salarium constitutum Moller. p. 1. const. 28. n. ult. quoad pecu-
niā verò à curatore domino mutuo datam cum ut curator da-
batur, chirographariis accenseret cum Berlich. d. concl. 64. n. 72.

§. 5. Seqvuntur nunc mercedes famulorum de Jure Sa-
xonico, Novell. Elect. Augusti p. 1. const. 28. Et Ord. Proc. Judi-
ciorum

tit. 42. §. Nechst diesem soñ de jure enim communī reliquis cre-
ditoribus exæquantur Hartman. Pistor. p. 11. quæst. 8. n. 2. ubi
Additionator Simon Ulricus Pistoris lit. b. ita : Non est igitur
ad stipulandum nupero cuidam scriptori, qui in libello Ger-
manicā lingua edito, von Prælation oder vorzug der Gläubiger
Part. I. c. 29. generaliter afferit, daß Arbeiter/Dienstboten und Eied-
lohnern wegen ihrer dargestellten arbeit in rem ipsam jūs aliquod
tacitæ hypothecæ haben/ allegans ad hoc VVesenbec. loco supræ
citato, qui expreße de jure Saxonico loquitur, nec tacitam
hypothecam, sed prælationis tantummodo privilegium ipsis
comperit; neque textus in l. si præcedente 58. §. 1. Mandati, quem
autor iste allegat, quicquam ad rem facit, ut nec Cujacius &
cetera quæ adducit. adde Richter. de privileg. Creditorum. Di-
sput. 4. n. 7. Refert tamen Scheplitz suprà dictus d. 11. 33. §. 7. n.
18. se meminisse, publicatam esse sententiam conceptam à Do-
minis Francofurtensibus ad Oderam, in quâ hæ merces sta-
tim post expensas funeris, & ante omnes hypothecarios cre-
ditors tempore antiquiores, tum etiam ante dotem mulie-
ris posita: In quam sententiam pariter responsum & judica-
tum testatur à Dominis Scabinis Brandenburgensibus & por-
rò refert, Köppen: quæst. 25. n. 13. ex constitutione Marchicā pro-
bare, has omnibus præterendas esse; nec fineratione, tamu-
lorum enim opera tota debitoris familia, ejusque bona & fa-
cultates conservatae fuere, Carpzov. d. const. 28. def. 24. n. 3.

§. 6. Duo autem conjunctim requiruntur, ut famuli vel
alii mercenarii hoc privilegio prælationis gaudeant nempe,
ut ipsis certa merces sit promista, & ut tempore mortis defun-
cti, vel ubi Dominus ad paupertatem redactus est & credito-
res de prioritate certant, in ædibus & servitio domini reperi-
antur. Carpzov. d. const. 28. def. 25. n. 3. Hartman. Pistor. part. I.
quæst. 8. n. 6. & seqq. Berlich. p. 1. concl. 64. n. 67. Qui autem verbo
mercenariorum continet, vide Berlich. d. concl. 64. n. 70. &
VVehner. observ. pract. verbo Brodilngl.

§. 7. Huc etiam refertur Pædagogus, ad informandos de-
bito.



bitoris liberos certâ mercede pâctâ , quia ille in convictu & ædibus debitoris reperitur , & ob id uno cum mercenariis privilegio gaudere debet , *Carpzov. d. const. 28. def. 26.* per tot . An autem liberi parentibus operas familiares præstantes , ac mercedem exigentes simili gaudeant privilegio ? Respondet *Carpz. d. const. 28. def. 32.* Si ipsis certa merces sit promissa indulgendū esse hisdem hoc privilegium . *arg. c. charitatem 12. quest. 2. c. cum sit 12. X. de Simon. Richter. d. c. 2. membr. 3. n. 22. circa fin.*

§. 8. Competit hoc privilegium non solum ratione mercedis unius vel dimidii anni sed indifferenter pro mercede & salario apud Dominum restante . *Hartm. Pistor. d. quest. 8. n. 4. & 5. Berlich. d. concl. 64. n. 77. Carpz. d. const. 28. def. 24.*

§. 9. Iis autem , qui in ædibus debitoris non morantur , nec ejus pane aluntur , hoc non datur ; Qui sint vide *Berlich. d. cœl. 64. n. 73. & 74.* Item *Carpz. d. const. 28. def. 27. n. 2.* Nec interest , utrum operas tantum , an etiam præter operas materiam supeditent . Omnes enim illi , qui extra ædes debitoris habitant , nec ejus pane fruuntur , inter chirographarios & simplices creditores referuntur , *Richter. d. cap. 2. membr. 3. n. 19. & Berlich. d. concl. 64. n. 73. & seqq. Carpzov. d. const. 28. def. 27.* Vnde constat Advocatos & Procuratores , quia illorum opera extra domum quis utitur , horum numero privilegiatorum habendos non esse *Carpzov. d. const. 28. def. 30. Berlich. d. concl. 64. n. 76. Richter. d. c. 2. membr. 3. n. 21.* Ut nec mercatorum factores , cum in iis eadē , quæ in Procuratoribus sit ratio . *l. cum ratio 7. in pr. ff. de bon. damnat. Berlich. d. l. n. 75. Carpzov. d. const. 28. def. 28.* Richter. d. l. n. 20. Idem dicendum de actuariis judicii , nisi morentur in ædibus debitoris , & ejus pane fruantur . *Carpzov. d. const. 28. def. 29.* Cessat porro hoc privilegium , si usuras mercedis mercenarii acceperint . *Berlich. d. concl. 64. n. 80. Carpzov. d. const. 28. def. 33. Richter. d. membr. 3. n. 23.* Instrumentaque super mercede confecta habeant , *Hartm. Pistor. d. quest. 8. n. 10.*

§. 10. Porro impensæ funebres huc spectant , vide *l. & si quis 14. s. si colonus l. l. impensa 18. l. ideo q̄ 19. l. impensa 45. & l. seqq.*

seqq. ff. de relig. & sumpt. fun. l. quasitum 2. ff. de privili. cred. l.
l. §. de impensa 19. ff. ad l. Falcid. l. in restituenda 4. C. de jure de-
liber. Beuter. d. tr. part. i. cap. 23. Idque propter publicam u-
tilitatem, ne cadavera insepulta maneant. l. sunt personæ 43. ff.
de relig. & sumpt. funer. Jason in Lult. §. 9. C. de jure delib. Adeo,
ut etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus cre-
ditoribus præferantur. d. l. impensa funeris 45. Cui consentit
jus Saxonicum, Novell. Elect. Aug. part. i. const. 28. §. Nach is
berührt Schulden / Ord. Proc. Jud. tit. 42. §. Ferner soll daß Beu-
ther. p. 2. cap. 9. VI Vesemb. in π. ff. qui potior in pign. n. 3. in fin.
Scheplitz. promptuar. jur. tit. 33. §. 7. n. 17. Berlich. p. 1. concl. 64.
n. 86. Carpzov. d. const. 28. def. 39. n. 4. & 5. Richter. d. tr. c. 2. memb. 4.
n. ii. Continentur autem funebrium impensarum nomine
pretium loci, in quo defunctus humatus est, & quæ corporis
aliò perlati vestigalia præstata, & quicquid corporis causa an-
tequam sepeliretur, consumptum est. l. funeris sumptus 37. ff. de
relig. & sumpt. fun. Cujac. lib. n. obs. 21. Item sumptus incuratio-
nem ægroti facti. l. in restituenda 4. C. de hered. petit. l. legatum à
defuncto 3. C. de relig. & sumpt. fun. Beuther. d. tr. part. i. c. 26. Item
salaria Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopolarum, Mol-
der. part. i. const. 28. n. 27. Berlich. d. concl. 64. n. 96. Scheplitz d. §. 7.
n. 17. Carpzov. d. const. 28. def. 43. Richter. d. c. 2. memb. 4. n. 12. Et
de jure Saxonico etiam vestes lugubres, ut fasciæ, serica pepla,
Ord. jud. tit. 42. §. Ferner soll si modus in his sit servatus secun-
dum dignitatem & facultatem patrimonii defuncti, Berlich. d.
concl. 64. n. 91. Carpzov. d. const. 28. def. 42. n. 1. Secus de jure ci-
vili l. & si quis 14. §. hac actio 6. l. funeris sumptus 37. ff. de relig. &
sumpt. funer. Beuther. p. i. cap. 26. & part. 2. cap. 10.

§. ii. Hoc vero privilegium funeris impensis tributum nō
competit (1) quando non in ultimam ægroti curationem sed
anteriorem sunt factæ l. in restituenda 4. verb. in mortui infirmi-
tatem. C. de hered. petit. l. legatum 3. verb. quod in funus vel morbum
eius C. de relig. & sumpt. fun. Berlich. d. concl. 64. n. 99. Carpzov. d.
const. 28. def. 45. (2) Quando superflue & non bona fide sunt
insumptæ d. l. in restituenda 4. in verb. bona fide. Berlich. d. l. n.
100. Richter d. c. 2. memb. 4 n. 12. vers. 7. us prælationis in med. (3)

C

Quan.

Quando non in curationem funusque ipsius debitoris, sed e-
jus uxoris aut liberorum sunt erogatæ, *Berlich. d. concl. 64. n. 101.*
Carpz. d. const. 28. def. 44. *Richter. d. memb. 4. n. 12. vers. quæ nō in. (4)*
Quando medicamenta vel condimenta, aliaq; pharmaca, non
in curationem ægroti, sed in culina ad condiendos cibos sunt
adhibita, *Richter. d. memb. 4. n. 12. vers. Jus prælationis cessat.*

§. 12. Succedit jam fiscus vel magistratus ratione collecta-
rum, aliorumque publicorum onerum *l. satis notum q. C. in-*
quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. l. i. C. si propt. publ. pensitat.
vend. fuer. celebr. quia bona subditorum pro tributis etiam fu-
turis fisco sunt obligata, l. auferunt 46. §. *fiscus 3. ff. de jure fisci*
Berlich. d. concl. 64. n. 105. & hoc ad collectas extraordinarias
Carpz. d. const. 28. def. 49. extendit : Item pecuniam huc refer ,
quam subditi in executionibus criminalibus (Hencfer oder hec-
begeldt) ex recepta consuetudine persolvunt *Berlich. d. concl. 64.*
n. 109. Et de Jure Saxonico illos census & tributa trahe, quos
Land und Erancstesvr vocant, quanquam id privilegium ad
quadriennium tantum durat, *Berlich. d. concl. 64. n. 110.*
Carpzov. d. const. 28. def. 52. Competit autem hoc privile-
gium prælationis non solum Principibus Supremis, sed etiam
aliis Principibus ac magistratibus, & omnibus aliis, quibus
eiusmodi tributa, census, decimæ, & aliæ pensiones debentur ,
Beuther. d. tr. p. 1. cap. 12. & 13. Berlich. d. concl. 64. n. 113.

§. 13. Ad hanc classem quoque pertinent anni reditus,
census, decimæ, similesque pensiones annuæ, quæ ut plurimū
Ecclesiarum Pastoribus, Ædituis, Scholaribus, aliisq; piis cau-
sis debentur; qui itidem hypothecariis etiam antiquioribus,
ac reliquo æri alieno præferuntur , *Berlich. d. concl. 64. n. 108.*
Carpzov. d. const. 28. def. 54. idque verum in præteritis, futurisq;
ut *Richter. d. tr. o. 2. memb. 6. n. ult.* contendit.

§. 14. Ultimo in hanc classem locantur ex Jure Saxonico , qui pecuniam hereditariam petunt , quæ etiam præ o-
mnibus creditoribus cuiuscunque conditionis sunt , exsolvi
debet, *Ord. Proc. Jud. tit. 42.* §. Ferner soll das Jenige Novell. E-
lect.

lect. August. p. i. const. 28. post pr. Moller ad d. Const. 28. d. l. n. 29. Caro
pzov. ibid. def. 56. Berlich. d. concl. 64. n. 114. Quæ autem pecunia
hereditaria dicatur, vide Berlich. d. l. n. 115. Et non solum illis
quibus hæc præstanda, sed & his, qui ab alio hanc emerunt,
hoc jus competit, Carpzov. d. const. 28. def. 57. Venegatur au-
tem, (1) si cohæres titulo emptionis bona hereditaria retinet,
& alteri pro sua parte pecuniam promittit, Moller. lib. i. semestr.
cap. 41. n. 9. Berlich. d. concl. 64. n. 116. Carpzov. d. const. 28. def. 58. (2)
Si creditor pecuniam hereditariam cuius dies jam cessit in-
mutuum convertit, vel usuras à debitore accepit Moller. p. i.
const. 28. post pr. n. 8. Carpzov. d. const. 28. def. 59. (3) Si creditor pe-
cuniam hereditariam cuius dies jam venit, non petierit, cum
tamen eam bene consequi potuisset. Carpzov. d. l. def. 60 non
tamen, si interpellavit, nec eam consequi potuit. Carpzov. d. l.
def. 61. (4) Si bona, ex quibus pecunia hereditaria debetur, in-
tertium possessorum devenerunt Berlich. d. concl. 64. n. 119.

S. 15. Quæritur nunc, quando hi omnes in hac classe positi
inter se concurrunt, quomodo exsolutio sit facienda? an
omnes pro rata portione conjungendi, an is alteri sit præfe-
rendus, cui prius aliquid ex bonis defuncti debitum & propter
regulam, qui prior tempore, potior est Jure c. qui prior 54. de
Reg. Jur. in. 6.? Respondetur illum esse præferendum, qui
prior in hac classe scriptus est, Berlich. d. concl. 64. n. 125. Carp-
zov. d. const. 28. def. 12. Non obstat, quod personaliter privi-
legiati, quales sunt in hac classe positi. Hartman. Pistor. obs.
142. n. 6. simul pro rata portione concurrant, l. privilegia 17. ff.
de privil. cred. l. si hominem 7. s. quoties 2. ff. deposit. l. idemq; 7. ff.
qui potior in pign. Hoc enim tantum procedit in ijs qui nu-
dum habent privilegium. At creditores in hac classe positi ul-
tra privilegium etiam habent jus prælationis. Carpzov. d. def.
12. n. 6. Deinde procedit, si personaliter privilegiati ejusdem
tituli non diversorum titulorum sunt creditores. Berlich. d.
concl. 64. n. 130. Nec movet, qui prior tempore, potior jure,
quia hoc in hypothecariis tantum locum haberet, non vero in
ijs, qui præter hypothecam etiam aliquod privilegium & jus

Hngulare habent. Carpzov. d. def. 12. n. ult. Berlich, d. concl.
§q.n. ult.

THESES V.

In secunda classe locantur, qui præter hypothecam & jus reale etiam ex personali privilegio jus prioritatis habent. Quales sunt: Vxor, Fiscus & qui ad refectionem aut conservationem vel emptionem rei pecuniam mutuo dederunt.

I. Inter creditores in hac classe positos merito primum obtinet locum mulier ratione dotis illata, tam de jure civili, quam Saxonico l. un. §. 1 & seqq. C. de rei uxori. act. l. assiduis 12. C. qui potior. in pignor. l. 30 C de jure dot. §. fuerat 29 vers. sed & tacitam Inst. de action. Novell. 97. c. 2. & 3. Novell 109. c. 1. Novell. Elect. Augst. p. 1. const. 28. post. princ. §. Und nach diesen sol Ord. Proc. Iud tit. 43 in pr. Iohan Michael Beuther, tr. de jure prælat. p. 1. c. 35. & cap. 75. in pr. An autem in distinctè omnibus creditoribus tam expressam, quam tacitam hypothecam anteriorem habentibus sit præferenda quæritur? De jure quidem Saxonico constat, illam tantum ijs, qui in bonis debitoris tacitam habent hypothecam anteriorem præferri non verò expressam priorē. Novell Elect. Aug. p. 1. const. 28. §. 1. vers. allen andern gleubigern/so nicht ältere ausdrückliche verpfedung haben ibiq. Moller. n. 33. vers. post. hos. quos. Ord. Proc. Jud. d. l. De jure civili maximè controvèrtitur inter Doctores, hos in hanc, illos in contrariam inclinantes sententiam: Nobis affirmativa placet propter l. assiduis 12. C. qui pot. in. pign. l. ubi adhuc 29 & l. in rebus dotalibus 30. C. de jure dot. l satis notum est 4. C. in quibuscaus. pign. vel hypoth. Novell 97. c. 3. §. volumus. Novell. 109. c. 1. ex quibus omnibus patet Imperatorem Justinianum mulieribus plenariè consulere voluisse quod non esset assecutus, si illis tantum contra

'ta.



etacitas hypothecas anteriores privilegium dedisset, præsertim-
cum in d. l. assiduis generaliter loquatur, ut facile intelligi pos-
sit, eum qui anteriorem expressam habet, ibi non excludi-
accedit quod in dubio pro dote præsumatur & dotum
causa semper & ubiq; sit potior. l. n. ff. de solut. matrim.
Nec movet, quod contraria sententia consuetudine vide-
batur recepta, contra communem autem consuetudinem
& ea, quæ interpretationem certam semper habuerunt, judi-
care non licet, l. minime 23. ff. de legib. Hoc enim negatur, cum
ab initio in hac quæstione fuerint contrariæ opiniones & di-
versæ Vd. sententiæ. Berlich. p. 110 concl. 65. n. 12. Similiter nec
hoc, quod provisio legis non debeat excludere provisionem
hominis. Gail. 21. obs. 25. n. 10. stringit, cum contrarium magis ve-
rum, quod hoc casu provisio legis excludat provisionem ho-
minis, quilibet enim legem tenetur observare, nec sua provi-
sione efficere potest, ut illa in suis conventionibus locum non
habeat. Berlich. d. l. n. 13. Ad alia, quæ adduci solent, plenè
responder Berlich. d. l. in sequenti bus quem vide. Et in hac sen-
tentia præter Berlichium d. l. sunt Cujac. in parat. C. de pri-
vil. dot. in pr. Mynsing. cent. 4 obs. 13. n. 3. & seqq. & ad §. fu-
erat 29. Inst. de act. n. 19. Beuther. d. tr. p. r. c. 35. Fachin. l. 3.
controv. jur. c. 99. Philipp. Matthæi ad l. in omnibus 68. ff. de
reg. jur. n. 17. & seqq. O' quamplurimi ab auctoribus hic
adductis d. l. allegati.

S. 2. Idem quod in dote, etiam in augmento dotis
privilegium habet mulier, augmentum enim hoc regulatur
secundum naturam ipsius dotis l. etiam 8. C. de jure dot. Nov. 97.
c. 3. vers. Augmentum modo mulier dorem verè illatam legit-
mè probaverit. Privilegium hoc etiam ad dotalitium exten-
ditur. Berlich. d. concl. 65. n. 33. modo debitam quantitatem non
excedat, Idem. d. l. n. 36. nec refert, utrum dos sit conversa in
bona mariti, an non l. assiduis 12. vers. quitung, modo vel dissipata
vel consumpta sunt C. qui pot. in pign. Carpzov. p. r. const. 28. def.
69. ad bona autē paraphernalia id extendendum minime, ho-

*et līmi-
tatione*

rum enim ratione saltem jus tacitæ hypothecæ competit; *Carr.*
prov. d. const. 28. def. 86. nec ad donationem propter nuptias, in
quibus æquè saltem tacitam hypothecam habet; *l. assidus 12.*
S. hac autem tantum 2. C. qui pot. in pign. Berlich. d. concl. 65. n. 71.
quod tamen fallit, si dōtēm propter nuptias non ut lucrum,
sed pro dote sibi specialiter obligatam petit, quo casu non so-
lum hypothecam, sed etiam jus prælationis in hac donatione
usque ad quantitatem dotis habet, *Schneid. ad S. fuerat 29. Inst.*
de act. n. 62. ibi, habet igitur uxor tunc prælationem.

§. 3. Vxore demortua, hoc privilegium prælationis
etiam liberis aliisque hæredibus descendantibus competit, *d.*
l. assidus, vers. exceptio Gauth. si quid ex rebus C, qui pot. in pignor.
auth. quod obtinet C. de pignor. Schneid. add. S. fuerat, n. 68. pro-
pter summam & arctissimam conjunctionem, quæ inter ma-
trem & liberos intercedit; Liberis tamen tantum ejusdem, non
verò aliis cuiuscunque matrimonii *Berlich. d. concl. 65. n. 92.* uti
nec collateralibus, ascendéntibus, aut extraneis. *l. un. C. de pri-*
vil. dōt. Nov. 91. in pr. S. fuerat 29. Inst. de act. An autem etiam ce-
di possit? queritur. Quod negatur, quia soli mulieri & ejus
filii competit, *d. S. fuerat 29. sub fin. & d. Novell. 91. in pr. S. non*
enim aliis dedimus, nec transit in universalem successorem, mul-
to minus in cessionarium & singularem successorem, *Berlich.*
d. concl. 65. n. 105. Schneid. add. S. fuerat n. 70. Carpzov. d. const. 28.
def. 95.

§. 4. Cessat vero hoc privilegium, si mulier una cum
marito communem negotiationem aut cauponariam exercu-
erit, tunc enim tanquam correa debendi ex jure societatis te-
netur. *l. 1. S. ult. & l. 12. S. pen. ff. de exercit. act. Gail. 2. obs. 90. n. 1. &*
n. 5. Beuther d. tr. p. 1. c. 35. Berlich. d. concl. 65. n. 79. Carpzov. d.
const. 28. def. 83. Similiter, si sciens viro jam obārato nupserit.
Carpzov. d. const. 28. def. 84. Aut prodigaliter sumptuoso. *Ber-*
lich. d. concl. 65. n. 81. Beuther. d. p. 1. c. 35, Nec non, si culpā mulie-
ris maritus ad inopiam pervenerit, puta, ob luxuriam, aut ma-
lam mulieris rei familiaris administrationem. *Berlich. d. l. n. 80.*
Carpzov. d. const. 28. def. 85. Item, si pro marito intercesserit, &
bene-

beneficio SCti Vellejani firmiter renunciaverit, Richter. tr. de
privil. cred. cap. 3. sect. i. n. 146. tunc enim creditores, in quo-
rum debita mulier efficaciter consensit, & juri suo renuncia-
vit, succedunt in ius mulieris, & ejus jure utuntur c. is qui in
ius 46. de Reg. Jur. in 6. est l. creditor 12. § si tecum 4. ff. qui pot.
in pign. & ipsa vicissim locum hujusmodi creditorum subin-
trat, nec enim ei præjudicat hæc renunciatio quoad alios cre-
dитores posteriores, Richter. d. l. n. 130. Item si dum mari-
tus abest, vel mortuus est, ipsa bona administraverit, sibi-
que dotem solvere potuerit sed non solvit l. debtor 13. ff. de ne-
got. gest. Berlich. d. concl. 65. n. 78. Et Richter. d. l. n. 160.

§. 5. Secundus in hac classe est fiscus non quidem ratione
tributorum vel aliarum pensationum publicarum, quarum
respectu ad priam classem pertinet, uti in th. præcedenti
§. 12. ostensum, sed ratione debitorum quatenus ex contractu
proveniunt, in quibus tacitam hypothecam cum antelationis
privilegio habet l. certum est 2. C. in quibus caus. pign. tacit. con-
trah. l. aufertur 46. §. fiscus 3 ff. de jure fisci, & ob hoc non solum
chirographarijs & personaliter privilegiatis, sed etiam hypo-
thecarijs posterioribus præfertur, l. si pignus 8. ff. qui pot. in pign.
l. quod quis 18 ff. de privil. cred. l. quamvis 2. C. de privil. fisc. non i-
tem illis, qui hypothecam anteriorem habent, jure privatorū
enim hic utitur, Richter. d. c. 3. sect. 1. n. 4. nec interest, hypo-
thecarii an hypothecam anteriorem generalem sive specialem
habeant, Sichard. ad l. si fundum 4. n. 5. C. qui pot. in pignor. Ber-
lich. d. concl. 67. n. 121. neque utrum hypotheca anterior sit ta-
cita vel expressa l. un. vers. potuit ergo C. rem alieni gerent. Ber-
lich. d. concl. 65. n. 120. Carpzov. d. const. 28. def. 102. n. 4. Hoc
tamen peculiare habet fiscus, quod si debitor post hypothecam
cum privatis creditoribus contractam alia bona acquisi-
erit, in bonis postea acquisitis creditoribus hypothecam pri-
orem vel expressam vel tacitam vel generalem vel specialem
habentibus præferatur, l. si is qui mihi 28. ff. de jure fisci. Non
obstat l. ult. ff. qui potior. in pignor. Respondet enim Berlich. d.
concl. 65. n. 123. Illam loqui de ejusmodi creditore, qui præter

tem-



tempus anterius est etiam alias privilegiatus, neque qui prior tempore potior jure, hoc enim non procedit, quando lex asserte prioritatem indulxit. *Wesemb. in v. ff. qui pot. in pign. n. 3.*

§. 6. Ratione poenarum autem fiscalium talis non datur prærogativa. *l. un. C. pœn. fiscal. cred. præfer. quæ lex etiam fisco tacitam hypothecam denegat.* Conimuniter tamen Dd. dicunt, harum ratione fisco jus tacitæ hypothecæ competere, ex quo saltem posterioribus hypothecariis sive expressis, sive tacitis præferatur propter generalitatem textus in l. auferitur. *46. s. fiscus 3. ff. de jure fisci. quod à tempore condensationis & latè sententiæ incipit. Iul. Clarus. l. 5. sent. §. ult. quæst 78. n. ult. Berlich d. concl. 65. n. 130. Carpzov d. Const. 28. def. 104. Richter. d. c. 3 sect. 2. n. 13.*

§. 7. Veniuntjam illi, qui ad refectionem vel conservationem domus vel alterius rei pecuniam mutuo dederunt, quibus æquè ac mulieri inde, ac fisco ratione debitorum non solum tacita hypotheca, sed etiam personale privilegium competit, & omnibus cteditoribus etiam expressam hypothecam habentibus præferuntur. *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel vel hypoth. tac. contrah. l. creditor. 25. ff. de reb. cred. quia hæc pecunia salvam fecit totius pignoris causam. Requiritur autem, ut hoc privilegiū cōpetat,* (1) Ut pecunia nominatim & specia- liter fuerit mutuo data ad refectionem vel conservationem rei. *Gail. 2. obs. 12. n. 4. Mynsing. cent. 1. obs. 60. Beuther. de jure prælat. p. 1. c. 20. Berlich. d. concl. 65. n. 133. Carpzov. d. const. 28. def. 106. n. 3.* (2) Ut ex illa pecunia res revera fuerit refecta. *Gail. d. obs. 12. n. 4. vers. deinde, Beuther. d. l. in med. Carpzov. d. l. n. 4. Berlich. d. l. n. 134.* Si autem major summa, quam quæ ad refectionem necessaria fuit, mutuo data, privilegium saltem locum habet in quantitate quæ necessariò impendenda erat *Berlich. d. l. n. 136.* nisi debitor deceperit creditorem *Berlich. d. l. n. 137.* (3) Ut res refecta adhuc extet, nec corruerit, *Berlich. d. l. n. 138.* Quæ porro requirant Dd. vide apud eundem *Berlich. d. l. n. seq.*

§. 8. Huc etiam referuntur illi, qui ad emendum agrum, do-

mum,



mum, vel aliam rem comparandam, pecuniam mutuo dede-
runt, qui aliis creditoribus etiam expressam hypothecam ha-
bentibus præferuntur, modò sibi expressè de hypotheca in il-
la re prospexerint. *l. quamvis* 17. *C. de pignor.* & *hypoth.* *l. licet* 7. *§ auth.* *quo jure C. qui pot.* *in pign.* *l. procuratoris* 5. *S. plane* 17. *ff. de tribut.* *auct.* *Novell.* 136. *c. porro*, 3. *Beuther.* *de jure prælat.* *p. 1. c. 49.* &
quidem ante ipsam emptionem domus vel prædii. *Carpzov.* *d. const.* 28. *def.* 105. *n. 5.* Sunt tamen quidam, qui licet expressè
sibi de hypotheca non prospexerint, tamē privilegium habént:
Ut sunt: *Pupillus*, *l. idem q. 7. ff. qui pot.* *in pign.* *Miles*, *l. si ue-*
proponis C. de Rei vind. vel furiosus, prodigus & aliis in alte-
rius potestate constitutus, Ecclesia, Socius omnium bonorum,
uxor & maritus, *Berlich. d. concl.* 65. *n. 145.* & seqq. ubi *n. 151.* ad-
dit, si quis, dum pecuniam ad rem emendam, credidit, hypo-
thecam non constituat, personale privilegium habeat, & chi-
rographariis præferatur per text. *in l. si navem* 24. *ff. de reb. auct.*
jud. possid. *l. quod quis* 34. *ff. eod.*

§. 9. In hac classe autem si concurrant plures, iterum
quæritur, Quis illorum sit præferendus? an is, cui ordo prio-
rem assignat locum, ut in præcedente classe prima, prout eti-
am mulierem ratione dotis indifferenter præferunt aliis privi-
legiatis? Is, respondetur, præferendus, qui prior est tempore,
& primo jus hypothecæ consecutus est, *c. qui prior* 45. *de Reg.*
Jur. *in 6.* *Berlich. d. concl.* 65. *n. 155.* *Wesemb.* *in π. ff. de privil. cred.*
n. 6. *Carpzov.* *d. const.* 28. *def.* 63. Si autem non constet, quis eo-
rum sit prior, primo ponitur mulier, secundo fiscus, & ultimo,
qui ad conservandum vel emendum aliquod pecuniam dede-
runt, quos æqualiter locari jubet jus Saxonum: *In Ord. Proc.*
Jud. tit. 43. §. *Man* aber.

THEISIS VI.

In tertiâ classe veniunt, qui ex expressâ vel tacitâ si-
ve legali hypothecâ, arresto, vel immissione judiciali
jus reale sunt consecuti, quos suprà hypothecarios
simplices dixi.

D

§. 1.

§. 1. Nihil autem interest in hac classe, hypotheca an sit conventionalis sive expressa, vel legalis, seu tacita, sed æquiparantur per omnia, nec præfertur expressa posterior tacita anteriori, ob generalitatem textus in l. II. § 12. ff. qui pot. in pign. l. 2. l. 4. C. eod. Gail. 2. obs. 25. n. 3. Hartm. Pistor. quæst. forens. lib. 2. tit. 27. obs. 8. n. 1. Herman Meyer tr. de pignor. Et hypoth. lib. 1. tit. 18. n. 5. Idem etiam de jure Saxonico Novell. Elect. Augusti p. 1. const. 28. §. Nach ißtberührten Schulden/ Ord. Proc. Jud. tit. 44. §. alle diese Gläubiger.

§. 2. Conventionalis sive expressa hypotheca vocatur, quia per expressam obligationem vel inter præsentes, vel per scripturam inter absentes constituitur, l. contrahitur 4. l. creditor 21. §. 1 l. Paul 29. in pr. Et l. pen. ff. de pignor. l. Titius 34. ff. de pignor. aet. l. cum constet 2. C. quæ respign. oblig. possunt & hic obtinet regula locum, qui priore tempore, potior jure l. 2. Et l. 8. l. 10. Et seq. ff. qui pot. in pign. Notare placet: Si creditor aliquis hypothecam anteriorem specialem & generalem, alter vero posterior æquè specialem habeat, ille non potest in præjudicium hujus remissâ speciali hypothecâ, uti generali, si ipsi ex sua speciali satisfieri queat, qui enim duplē habet hypothecam, prius excutere debet specialem, antequam generali utatur, l. quamvis 2. C. de pignor. Mynsing. cens. 6. obs. 94. Scheplitz prompt. jur. tit. 33. §. 8. n. 1. Richter de privil. cred. cap. 4. sect. 2. n. 72. Nisi creditor generalem habeat tantum, tunc enim contra quamcunque rem, quam eliget, actione experiri poterit. l. creditoris 8. ff. dedistract. pignor. Plura hic notanda videri possunt apud Carpz. p. 1. const. 28. def. 112. 120. 121. Et seqq. ac def. 329. Et Richter de privil. cred. cap. 4. sect. 2. per tot. ad quos brevitas ergo remitto me.

§. 3. Legalis hypotheca dicitur quia à lege introducta est, quæ etiam tacita vocatur ad differentiam expressæ hypothecæ, quæ conventionem partium desiderat. Estque introducta partim favore personæ, partim favore causæ, Hartm. Pist. d. obs. 8. n. 5. neminique competit, nisi de quo jus expressè disposuit. Carpz. d. const. 28. def. 113. n. 1. Casus, huc spectantes à di-

Eo Scheplitz d. tit. 33. §. 7. n. 50. à Berlich. p. 1. concl. 67. à n. 2. ad 1041
viginti duo recensentur, & de iis late tractat Carpzov. Jurispr.
for. Rom. Sax. p. 2. const. 24. & 25. per tot. Cum autem hic recen-
sere illos singulos instituti non ferat ratio, ideo ad eosdem re-
mitto me ad monitum Jcti Pauli in l. 25. ff. de liber. legat. & Vi-
pian. in l. 1. ff. de suspect. tut. quosdam, qui frequentiores, pro-
positurus.

§. 4. Competit itaque tacita hypotheca mulieri ratio-
ne bonorum paraphernalium uti constat ex th. 5. §. 2. in med.
itidem ratione donationis propter nuptias d. §. 2. Ubi tamen
limitationem vide. Nec non alimentorum causa Schneid. ad
§. fuerat 29. Inst. de act. n. 40. vers. 4. Wesemb. in π. ff. in quib. caus.
pign. vel hypoth. tac. cont. n. 4. vers. sed & nomine alimentorum, tum
constante matrimonio debitorum, & à viro denegatorū, tum
dissoluto matrimonio petendorum Berlich. d. concl. 67. n. 9. &
seqq. Idem jus competit filio respectu maternorum bonorum
& hereditatis in re patris qui illa administravit male & fra-
duleter vel alienavit l. cū eportet 6. §. ult. C. de bon. que lib. We-
semb. in π. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. n. 4. in fin. Item si
pater ad secunda vota transit l. si quis prioris §. in illo C. de se-
cund. nupt.

§. 5. Datur tacita hypotheca porrò pupillis in bonis tu-
torū vel curatorum l. pro officio 20. C. de admin. tutor. l. n. 1. C.
de rei uxor. act. tam pro male administratis, quam neglectis;
Berlich. d. concl. 67. n. 20. non tantum in bonis allodialibus, sed
etiam feudalibus, si tutor à Domino feudi constitutus est, &
ex allodialibus satisficeri nequit, Carpzov. respons. jur. Elect. l.
4. tit. 4. resp. 33. n. 2. & seqq.. Et non solum in bonis tutorum vel
curatorum, sed etiam in bonis prototorum, qui tutores non
fuerunt, sed pro tutoribus se gesserunt, l. ult. ff. de tutel. & rat. di-
strah. l. dabimus §. 1. ff. de priv. cred. Item in bonis curatoris fu-
riosi, prodigi, muti, surdi &c. l. tutor administrationem ff. defure.
Item in bonis matris vel avia tutricis. Berlich. d. concl. 67. n. 21.
Non tamen in bonis curatoris ad litem dati, nullam enim bo-
norum administrationem habet, Carpzov. d. p. 2. const. 24. def.
15. quæ hypotheca tacita à die, quo tutor vel curator quis in-

cœpit esse, incipit, d.l.pro officio 20. & arg.l.cum oportet. S. ult. C. de bon. quælib. Berlich. d.concl. 67. n. 30.

§. 6. Competit porrò tacita hypotheca in bonis administratorum Civitati, Universitati, seu Communitati, VVesemb. in π. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. n. 5. & in π. ff. de privil. cred. n. 5. Ecclesiæ in bonis Prælati seu Oeconomi vel alterius administratoris, Berlich. d.concl. 67. n. 47. Hospitalibus Cœnobiis & Orphanotrophiis in bonis hospitalarii, l. omnia privilegia C. de SS. Eccles. qui administratores, Prælati seu Oeconomi & Hospitalarij omnes æquiparantur tutoribus & curationibus, Gail.lib. 1. obs. 30. n. 16. & lib. 2. obs. 62. n. 4. Carpzov. p. 1. const. 28. def. 115. quæ competit non à die malæ administrationis, sed à tempore subscriptæ administrationis Berlich. d.concl. 67. n. 61. Extenditur eadem ad illos debitores, quibus pecunia hospitalium est mutuò data de Jure Saxon. Ord. Proc. Jud. Elect. Saxon. tit. 45. §. Weil wir aber dennoch. Secus de jure civili, ubi duntaxat in bonis administratoris hoc jus indultum est. l. simile 1 o. ff. ad municip. l. si fundum 4. C. qui pot. in pignor. Carpzov. d. const. 28. def. 116. n. 1. Vbi autem sanctio juris cessat, ibi quoque jus tacitæ hypothecæ non inducendum, Anton. Faber de Error. pragmat. decad. 1. error. 1.

§: 7. Tacita quoque hypotheca locum habet in bonis in domum, aream, cellam, divisorium, horreum, vel aliam rem conductam illatis & inventis pro mercede promissa locatori, itemque deterioratione & damno dato l. Pomponius 2. l. eo jure 4. l. licet in prædiis 6. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. cōtrah. l. certi juris 5. C. locat. non autem in illis, quæ à conduce re eo animo sunt illata, ut ibi non perpetuo, quamdiu durat tempus locationis, manerent, uti sunt merces, aliæque res venales. l. in prædiis 7. §. 1. ibi q̄ Gorhefred. in not. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. cont. l. debitor 32. ff. de pignor. nec in iis, quæ in expressa generali oppignoratione non comprehenduntur, ut sunt: vestes quotidianæ aliæque res, quarum fit mentio in l. obligatione 6. & trib. seqq. ff. de pignor. Richter. de privil. cred. cap. 4. sect. 1. n. 129. & 134. item libri studiosorū in museum vel domū

con-

conductam inventi. Schneidv. ad §. item Serviana 7. Inst. de aet. n. 43. Quod tamen hodie non observari testatur Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 148. Censetur autem locator renunciasse tacitæ hypothecæ, si pro mercede fidejussorem accipiat, si solviturs. §. si convenerit 2. l. pen. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solv. non autem, si de certa hypotheca specialiter sibi prospecterit, Berlich. d. concl. 67. n. 63.

§. 8. Referuntur ad hanc classem porro illi, qui præcedente processu ordinario & sententiâ, quæ in vim rei judicata transiit, in possessionem bonorum debitoris sunt immisssi & pignus judiciale consecuti. Vesembec. in a. ff. da privileg. cred. n. 9. in med. qui hodie pari cum hypothecarijs passu ambulant, Berlich. p. i. concl. 68. n. 2. & quicunq; immisiorum tempore est prior, prævalet jure l. si & jure 10. ff. quis pot. in pign. l. si decreto 2. l. cum rempubl. C. eod. l. non est mirum in pr. & §. 1. ff. de pignor. aet. Beuther de jure prælat p. i. c. 17. & c. 24. & p. 2. c. 17. Ne hi tantū, sed etiā qui ex instrumento gvarengiato, & sic prævio processu executivo in bona debitoris judicialiter immisssi sunt. Berlich. d. concl. 68. n. 7. Carpzov. p. 1. const. 28. def. 137. Imo & illi qui immisssi sunt ex debito confessato absq; productione cautionis. Carpzov. d. const. 28. def. 138. Ut autem hoc jus competit, non sufficit interlocutoria & comminatio de immittendo in possessionem, sed requiritur realis immissio l. non est mirum 26. §. sciendum est i. ff. de pignor. aet. Novell. Elect. Aug. p. i. const. 28. in med. §. Der gleichen haben auch vers. die wirkliche einweisung / quæ facta non videtur, si creditor possessionem occupet & detineat, sed requiritur; ut resectum fuerit frustulum ligni è januâ, quod solum hodie indicium est factæ realis immisionis. Carpzov. d. const. 28. def. 139. n. 4. Secus tamen est, si debitor judicis comminationi & interlocutoriæ paruerit & ante judiciale immisionem spontè creditori rem tradiderit. Berlich. d. concl. 68. u. 15. Carpzov. d. const. 28. def. 140. Quod si autem judex non solum interloquitur, sed etiam executionem decernit, & actu paratus est creditorem immittere, ad petitionem autem debitoris dilationem indulget, non

præjudicat creditori in jure reali per immissionem ei competituro, ideoq; si alius creditor interim immissionem & executio- nem simul impetrat, huic, qui prior jus immissionis impetravit, non erit præferendus, creditot enim factio judicis impedi- cus fuit, quo minus realiter immittatur. pro immissio igitur ha- betur, & jus reale consequitur, non aliter ac si vere eslet im- missus, l. cum unus 12. §. si propter ult. cum l. seq. in pr. ff. de bon. auct. jud possid. Berlich. d. concl. 68. n. 16. Si tamen creditor in dilationem consentit, sibi præjudicat in prioritate ex reali im- missione competitura arg. l. quod quis 203. ff. de Reg. Jur. Carpzov. d. const. 28. def. 142. Porro, si creditor factio judicis vel alio impeditus realiter immitti non potuit, tamen pro immisso haberur, ac jus reale consequitur. Berlich. d. concl. 68 n. 17.

§. 9. De jure Saxonico veniunt etiam in hanc classem qui per arrestum in bonis debitoris jus reale consecuti sunt. Novell. Elect. Aug. p. 1. const. 28. §. Und den negst diesen Ord. Proc. Jud. tit. 48 & hoc arrestum, si creditot ita legitimè secundum for- mam debitam prosecutus est, omnibus creditoribus, tacitam & expressam hypothecam habentibus posteriorem præfertur Moller. p. 1. const. 28. §. ferner n. 77. quod jus reale ab ipsa hora, qua primum arrestum impositum, & legitimè quis illud prose- cutus est, tribuitur, Novell. Elect. Aug. d. const. 28. §. ferner post med. vers. von der stunde anzufangen / Et præfertur reliquis inter arrestantes, qui prius judicem pro arresto sibi decernendo adi- it & impetravit, d. const. 28. d.l. nec nocet petenti arrestum mo- ra judicis, si alius interim hoc impetraret Carpzov. d. const. 28. def. 145. Si autem plures eadem die vel hora arrestum impetrarunt, nec constet quis eorum sit prior, omnes pro rata simul admit- tuntur. d. const. 28. §. Nach ikt berührten vers. Und da zwei verpfen- dungen Ord. Proc. Jud. tit. 44. §. do auch ihrer zween De jure au- tem civili arrestantibus nullum jus reale competit vid. Rauchbar part. i. quest. 4. Schultes in addit: ad Modest. Pistor. p. 4. q. 162. n, §. & seq.

§. 10. Hi prædicti si concurrunt, ipsorum qui tempore pri- or est, reliquis præfertur, Wesemb. in t. ff. de privil. cred. n. 9. No- vell. Elect. Aug. p. 1. const. 28. §. Nach ikt berührten schulden ubi

Dan.

Dan. Moll. r. n. 29. Berlich d. concl. 66. n. 2. Carpzov. d. const. 28^a
def. 110. cum sint. pares c. qui prior de R. J. in 6. l. 2. l. 8. l. 10. l. 11. l.
12. ff. qui pot. in pign. l. 2. l. 4. & l. 12. C. cod. Sed si uno momento
impertrarunt hoc jure reale, vel sciri nequit, quis eorum sit pri-
or tunc de jure civili melior est causa possidentis l. si debitor 10.
ff. de pignor. l. si quis à multis 14. ff. de noxal. act. De jure Saxonico
autem omnes pro rata simul admittuntur. d. const. 28. §. Nach
iis berilshrsen vers. Und da zwei verpfendungen.

THESES VII.

Ad quartam classem referuntur, qui personale
tantum privilegium habent.

§. 1. Habent autem personale privilegium deponen-
tes, si pecunia vel alia res deposita consumpta sit, l. si ventri 24.
§. in bonis 2. ff. de privil. cred. nec obstat l. si hominem 7. §. quoties
2. ff. depos. ubi ratione rei depositæ deponens etiam doti mulie-
ris & fisco præfertur, non enim de consumpto; sed adhuc ex-
tante loquitur deposito, Berlich. p. 1. concl. 64. n. 10. Carpzov. p. 1.
const. 28 def. 150. n. 7. & seqq. Secus tamen est in deposito ne-
cessario & judiciali, ubi id non solum habet privilegium, sed
etiam arestantibus & hypothecariis præferti debet ex disposi-
tione Illustrissimi Electoris Saxoniae Augusti Nov. Constit. p. 1.
const. 28. §. ferner sollen nach dehnien/ Ord. Proc. Jud. tit. 49. in pr.
vers. doch das solches allein/ & quia hodie de jure Saxonico a-
resta cū hypothecis pari passu ambulant, etiā hypothecariis,
sive tacitam sive expressā hypothecā habeant, præterūtur hæc
necessaria & judicialia arresta, Carpzov. d. const. 28. def. 151. n. 3. An
autem etiam hypothecariis & arestantibus prioribus? Ita ex-
istimat Berlich. p. 1. concl. 70. n. 4. Aliter sentit Carpzov. d. def.
151. n. ult. ubi ratio additur, cum temporis prærogativa hoc
casu expressè non sit sublata.

§. 2. Personale etiam privilegium habent alimenta, Beuther de jure prælat. p. 1. c. 54. & c. 86. tam diviti, quam pauperi
debita l. cum hi 8. §. nihil autem interest 7. ff. de transact. Berlich.
d. conclus. 70. n. 7. Carpzov. d. const. 28. def. 152. Illa autem tantum

quæ



Quæ simpliciter ex testamento, vel ex contraſtu, vel juris diſpoſitione debentur, quæ enim annuatim ex certo fundo præſtari debent, non ſolum privilegium personale, ſed etiam tacitam hypothecam habent, Berlich. p. i. concl. 67. n. 93. & concl. 70. n. 9. Carpz. d. conſt. 28. def. 54. & def. 152. n. ult.

§. 3. Quælibet etiam pia cauſa, quæ tamen Eccleſias, Scholas & Hospitalia non concernit, cum hæc non tantum privilegium personale, ſed etiam tacitam hypothecam habeat, Berlich. d. concl. 67. n. 47. & concl. 70. n. 11. personale privilegium habet. Novell. Elect. Aug. p. i. conſt. 28. §. ferner ſollen nach vers. auch alles was in milden/ Ord. Proc. Iud. tit. 49. §. alles was in milden Scheplitz prompt. jur. tit. 33. §. 7. n. ult. vers. Decimo.

§. 4. Qui pecuniam grātis ſine uſuris crediderunt, iis etiam personale privilegium competit. Carpzov. d. conſt. 28. def. 153. propter odium uſurarum Carpz. d. l. n. 2. Richter de priuilegiis cred. cap. 5. n. 28. ſi ſciliſet nudi ſint chirographarii, ſi enim extra chirographum etiam habent hypothecam vel expressā vel tacitam vel aliam prærogativam & juſ prælationis, tunc etiam hypothecariis prioribus vel juſ prælationis habentibus preferuntur. Berlich. d. concl. 70. n. 14.

§. 5. In reſiduo pretii venditor, qui fidem de pretio habuit, & rem tradidit, & integrum pecuniam non accepit, nec de jure prioritatis ſibi proſpexit, habet privilegium personale. Coler. de proc. exec. p. 2. cap. 3. n. 469. Berlich. d. concl. 70. n. 15. Carpzov. d. conſt. 28. def. 154. Quod etiam extenditur ad eum, qui ad rem emendam pecuniam mutuo dedit, absque conſtitutione hypothecæ in reemptâ l. qui navem 10. & l. quod quis 18. ff. de priuilegiis cred. VVesemb. ibid. n. 5. Scheplitz. prompt. jur. tit. 33. §. 7. n. 50. vers. Quarto. Carpz. d. conſt. 28. def. 155.

§. 6. Tribuitur etiam personale privilegium iis, quorum pecunia ad privilegiatos creditores pervenit l. si ven-

tri

tri 8. §. eorum ratio 3. ff. de privil. cred. VVesemb. ib.d. n. 5. Scheplitz. d. l. vers. Octavo. et si nihil conventum sit, Iesus enim in d. §. 3. de sola profecta pecuniâ ad privilegiarios loquitur: in hypothecis vero id non obtinet, nisi cōvenerit. l. 3. D. que res pignori oblig. nō possunt. Item, qui ad funus faciendum pecuniâ mutuo dederunt, dum non incidit in ipsas impensas funebres. Berlich. d. concl. 70. n. 18. & 19. Plures casus vide apud Berlich. d. concl. 70. n. 21. & seqq. Scheplitz d. l. n. ult.

§. 7. Omnes ita personaliter tantum privilegiati, si concurrant & de prioritate certent, queritur; Quis illorum sit præferendus? Respondetur breviter: Nulla hic habenda est ratio prioritatis temporis, sed si privilegia sint paria, nec quis habeat privilegium potentius & majus, non attento diverso titulo seu causa debendi, æqualiter concurrunt & pro rata cujuscunque debiti admittuntur, l. privilegia 17. ff. de privil. cred. Berlich. d. concl. 70. n. 26.

THESES VIII.

Sub quinta & ultima classe veniunt chirographarii simplices.

§. 1. Dicuntur autem hinc creditores chirographarii; non tantum, qui habent chirographa sive cautiones, vel privatas scripturas, sed etiam qui vel per confessionem debitoris, vel per testes, vel per alium legitimum modum credita sua probaverunt, Nov. Elect. & Aug. p. 1. const. 28. §. ult. in fin. ibique Carpzov. def. 159. Berlich p. 1. concl. 71. n. 2. Illi etiam, qui, quando hypothecam cum consensu magistratus ad certum tempus sunt consecuti, tempore elapso pro chirographariis habentur, Richter. de privil. cred. cap. 6. n. 7. Itemque illi, qui executionem quidem impetrarunt, sed realiter non sunt immisiti Richter. d. l. n. 8. Itē qui arestum impetravit, sed ejus formalia nō observavit. Idem d. l. n. 9. Item hypothecarii, qui ex hypotheticis integrā solutionem non potuerunt consequi l. si debitor.

bitor 10. ff. de pignor. Idem d. l. n. 11. Ubi in sequentibus plures recenset formas, quas vide ibidem.

§. 2. Circa chirographarios notandum venit (1) Si creditores privilegiati vel etiam hypothecarii bona debitoris vendunt, ita ut solutio pretii in multos annos differatur, tunc chirographarii contractum approbare. & terminos solutionis expectare, ac demum, solutis debitibus privilegiatis, residuum pro rata distribuere tenentur, Richter. d. c. 6. n. 24. (2) Si bona debitoris non sufficiunt, qualibet pro rata sui debiti quid remittere tenetur. Ord. Proc. Jud. Elect. Sax. tit. 50. in fin. princ. Si vero debitor postea ad pinguiorem fortuitam pervenerit, istud repetere possunt, Berlich p. 2. decij. 244. (3) Creditores chirographarij, quavis majorem partem creditorū constituant, in præjudicium tamen privilegiatorum & hypothecariorum dilatationem solutionis concedere, & partem debitum remittere non possunt, Coler. de proc. e. ec. p. 1. cap. 4. n. 18. Richter. d. c. 6. n. 32.

§. 3. Et hi omnes, qui chirographariorum appellatio-
ne continentur, nullo temporis vel quantitatis habito respe-
ctu, æqualiter pro rata portione concurrunt & admittuntur
I. sam. tibi 10. C. qui pot. in pign. l. 12. §. 2. ff. eod. Novell. Elect.
August. p. 1. const. 28. §. ult. ibid. Moller n. 84. & seqq. Carpzov. ibid.
def. 158. Ord. Proc. Jud. tit. 50. in pr. Beuther de jure prælat. p. 1. c. 79.
& seqq. Berlich. d. concl. 71. n. 1. Richter. d. c. 6. n. 19. Äqualitas
tamen hęc ad Geometricam proportionem redigenda, non ad
arithmetican, ceteroquin eveniret, ut in debitis inæqualibꝫ
alteri integrum, alteri vix dimidium exsolveretur, quod ini-
quissimum, VVesemb. in 7. ff. de privil. cred. n. 7. Nisi creditor
est frater, patruus, avunculus, aut similis consanguineus, tūc
propter naturalem conjunctionem reliquis creditoribus ex-
traneis merito præfertur l. 1. ff. de privil. cred. Beuther. de jure
prælat. p. 1. cap. 63. Berlich. d. concl. 71. n. 3. vel etiam: mater Berlich.
d. l. n. 4. Vide adhuc tres, qui interchirographarios hac in classe
præferuntur ibid. n. 5.

THEISIS IX.

De jure civili in concursu creditorum usure simul cum

cum sorte sunt adjudicandæ & exsolvendæ: De jure Sa-
xonicō autem regulariter non nisi omni sorte soluta
debentur illæ.

§. 1. De jure communi certum est, quod usuræ simili
cum sorte sint adjudicandæ, *Carpzov. resp. Jur. Elect. lib. 4. tit. 7.
resp. 50. n. 1. & resp. 51. n. 7.* Omne enim accessorium sequitur
naturam sui principalis c. *accessorium 42. de Reg. Jur. in 6. &
ut in forte, ita etiam in usuris habetur ratio prioritatis, Myn-
sing. cent 1. obs. 59. quicunq; igitur præfertur in forte, ille etiam
præfertur in usuris, l. *Lucius Titius 1. 8. in fin. ff. qui pot. in pign.
Berlich. p. 1. concl. 66. n. 8. Carpz. d. const. 28. def. 160.**

§. 2. Quod de jure Saxonico usuræ non prius nisi exsol-
luta sorte principali sint adjudicandæ, constat ex *Ordinac.
Torgens. de anno 1583. sub tit. Bon Wucher und Wucherlichen
Contracten. §. Jedoch / wen eines Schuldners & ex Ord. Proc.
Jud. tit. 50.* Quod tamen tantum procedit quoad usuras lucra-
torias, quæ ex causa mutui promissæ sunt.; Secus est in usuris
cōpēsatoriis & interesse, in his n. creditores & quæ ac illi, qui de
sortis damno certant, antelocandi, *Moller. ad Const. Sax. p. 2.
Const. 30. n. 3. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 1 o. n. 113. Berlich. d. concl. 66.
n. 10. in fin.* Si ergo creditor probat, se ob moram debitoris,
quod tempore determinato debitum non solverit, pecuniam
ex necessitate ab alio sub usuris mutuo accepisse, etiam usuras
exigere potest, *Carpzov. d. const. 28. def. 174. Richter. d. priv. cred.
cap. 7. n. 77.* Fidejussor quoque, qui pro suo principali usuras
solvit, eas rectè repetit. *l. creditor. 12. §. sciendum est. 6. ff. qui pot.
in pign. quod etiam de cessionario tradit Berlich. d. concl. 66.
n. 11.* Excipiuntur etiam alii casus de jure Saxonico. Ut: si pe-
cunia hereditaria debito tempore non sit soluta, *Carpzov. d.
const. 28. def. 168.* Item annui redditus *Gail. 2. obs. 7. n. 6. Berlich. d.
concl. 66. n. 18. Carpzov. d. const. 28. def. 169.* Item pretium de rebus
venditis, *Ord. Proc. Jud. tit. 50. §. Es ist aber auch hierbei & s. seq.
Zanger. de except. p. 3. cap. 25. n. 55. & seq.* Mulieri etiam, quando

dōtem illatam repetit una cūm sorte usuræ debentur, Ord.
Proc. Jud. tit. 50. §. den wen einer vers. wie nicht weniger die Zin-
sen/ si scilicet eidem de alimentis alio modo non fuerit pro-
spectum. Ord. Proc. Jud. d. l. vers. Es were dens quod etiam Ber-
lich. d. l. n. 13. afferit de marito, interesse & usuras dotis promis-
sæ sed non exsolutæ petente. Iti quoq; qui feudum cū consen-
su Domini & agnatorū etiam pro usuris oppignoratū habent,
quoad has reliquis creditoribus, qui hujusmodi hypothecā
non habent præferuntur Carpzov. resp. Jur. Elect. lib. 4. tit. 6. ref.
43. n. 12. & seqq. Ut & pupilli, quibus una cum sorte eo in casu
quando tutor pecuniam pupillarem in suos usus convertit,
vel usuras de pecunia alteri elocata accepit, usuræ debentur
Richter. d. c. 7. n. 98. Item, qui ex pacto antichrescos
loco usurarum, si legitimus modus non excedatur, aliquid ac-
ceperunt, id restituere non coguntur, Richter d. c. 7. n. 92. O-
mnes denique usuræ, quæ de Jure Canonico prohibitæ non
sunt, Jure Saxonico in concursu creditorum una cum sorte si-
mul exolvendæ, Zanger. d. c. 35. n. 52. & Moller. d. Const. 30. n. 4. in
med. Berlich. d. concl. 66. n. 17.

§. 3. Si demum bona debitoris æs alienum superave-
rint, nil moræ, quin & creditoribus usuræ sint solvendæ, hoc
servato ordine, ut & hic priores ac privilegiati cœteros exclu-
dant, cuin jure Saxonico & respectu usurarum prioritas sibi
vindicit locum, Ord. Proc. Jud. tit. 50. es ist aber auch §. der Zin-
sen aber Carpzov p. 1. const. 28. def. 174.

THESES X.

Solutum posterioribus à prioribus creditoribus
repeti potest.

§. 1. Concursu nondum instituto, aut illo jam pendente,
si uni ex chirographariis, vel æquali jure gaudētibus, vel omni-
bus aliquid solutum est, & debitor deinde solvendo non exi-
stat, rectè illud ab hypothecariis vel privilegiatis repeti pot-
est l. deferri 18. §. ult. & l. seqq. ff. de jure fisci, l. pecunias. C. de privil.
fisc.

fisē. Quamvis enim hæ leges de fisco tantum loquantur, generaliter tamen de unoquoque creditore hypothecario vel privilegiato intelligendas esse dōcet Berl. p. i. concl. 71. n. 20. per ext. in l. sed an hic 3 ff. quod cum eo qui in alien. pot. Eodem modo, si creditori, expressam vel tacitam hypothecam habenti posteriori res hypothecata solvitur, recte, à priore, actione hypothecaria avocari potest. l. sifundus 16. §. in vindicatione 3 ff. de pignor. l. distractus 14. l. debitorem 15. C. eod. auth. item possessor C. qui pot. in pign. Novell. 18. c. 10. Berlich. d. cōcl. 71. n. 28. Nec interest utrum creditum sponte fuerit solutum, an vero justè exactum per l. pupillus 24. §. sin vero ff. que in fraud. cred. nec locū hic habet, quod vigilando & præoccupando meliorem suam conditionem quis facere possit, juraque vigilantibus subveniant l. non enim 10. ff. ex quib. caus. maj. 25. ann. & negligentes deteriori jure censeantur, quam vigilantes, l. 24. in fin. ff. que in fraud. cred. hoc enim in tantum valere non debet, ut propterea alterius suum quod vel ex legis beneficio vel ex conventione quæsitum habet, auferatur, Berlich. d. concl. 71. n. 20. in med. & objectio eos tantum ferit, qui pari jure utuntur l. inter eos 19. ff. de re judic. l. 6. §. 2. ff. de reb. auct. jud. possid. & l. 6. §. 7. ff. que in fraud. cred.

§. 2. Si a. quibusdā chirographariis vel aliis æquo ac pari jure nitentibus pecunia vel alia res soluta sit, reliqui iisdē similis eā repetere non possunt l. si non expedierit 6. §. quid ergo si 2. ff. de reb. auct. jud. possid. d. l. qui autem 6. §. sciendum 7. ff. que in fraud. cred. l. pupillus 24. §. sin vero ff. eod. Berlich. d. concl. 71. n. 7. ubi n. 29. & alium recenser casum.

THEISIS XI.

Creditoribus debitoris defuncti & hujus heredum concurrentibus, competit jus separationis, quo creditores defuncti in hujus bonis, heredum creditoribus præferuntur.

¶ §. 1. Possunt petere separationem bonorum creditores defuncti l. sciendum. i. §. solet. i. ff. de separat. nec refert utrum puri sint, vel sub die vel conditione eis debeatur, l. creditoribus 4. ff. eod. nec impedit, quod & defuncti & hæredis creditores sint, l. debitor. 3. ff. eod nec si ipsi hæredes fuerint instituti l. siuxor. 7. C. de bon. auct. jud. poss. & non tantum hypothecarij, sed etiam chirographarij. propter verba generalia d. l. i. §. i. adeo ut etiam chirographarij creditores defuncti preferantur creditoribus hypothecarijs hæredis d. l. i. §. sciendum 3. Illi tamen tantam, qui separationem petierunt, hoc beneficium gaudent, qui autem non petierunt, inter creditores hæredis referuntur, beneficium enim separationis non datur nisi petentibus d. l. i. §. i. Richter. de privil. cred. c. 1. memb. poster. n. 38. Referuntur etiam hæc inter creditores hæreditarios liberi ratione legitimæ illis debitæ, cuius causa etiam creditoribus hæredis preferuntur, non obstat quod legitima antè non debeatur, nisi prius deducto ære alieno Carpzov. p. 1. const. 28. def. 100. n. 4. Hoc enim de debitis paternis tantum, non vero alienis dicitur Richter d. l. n. 44. Oper sequēs etiā legatarii jure separationis preferuntur creditoribus hæredis, Richter d. l. n. 48. & seqq. habetq; etiam locum hoc beneficium eo in casu, ubi quis respectu diversarum hæreditatum consideratur modo ut hæres, modo post eius cui succeditur d. l. i. §. secundum hec 8. ff. de separat.

§. 2. Requiritur autem ut hoc beneficium competit. (1) ut res adhuc sit integra, nempe ut bona hæreditaria adhuc extent & nondum sint distracta d. l. i. §. præterea 12. vers. qui ergo. & ut bona defuncti bonis hæredis nondum sint mixta, confusa aut unita d. §. præterea 12. (2) Ut petitio separationis fiat intra spatium quinquennii post aditionem hæredis, d. l. i. §. quod dicitur 13. quo tempore elapso non indulgetur, sed creditores tacite huic beneficio renunciasse presumuntur Zasig ad l. i. §. 13. ff. de separat. n. 2. hypothecarii tamen & hoc tempore elapso jure suo uti, actionemq; hypothecariam intentare possunt, Richter d. l. n. 176. per l. 2. ff. qui pot. in pign. Et si ita in-

Aituta sit petitio & impetrata; bonorum separatio; hæreditatē repertā inidoneā & non sufficien̄ ad solvenda omnia debita hæreditaria, non possunt reverti ad bona hæredis ab illis semel separata d.l. 1. s. item sciendum 17. vers. at si crediteores & l. si crediteores s. ff. de separat. licet, dum hæredis creditores solidum acceperant, aliquid superfuerit, Richter. d.l. n. 166.

s. 3. Non a competit hoc beneficiū separationis creditorib⁹
bus hæredis. d.l. 1. §. ex contrario 2. & §. secundū hæc 8. Rationē differēt̄ vide apud Richter. d.l. n. 63. & seq. Nisi hæres in fraudē suorū creditorum adierit hæreditatē, quia tunc adversus callicitatem ejus succurritur creditoribus d.l. 1. §. quæ situm est s. l. 1. §. ult l. 14. ff. quæ in fraud. cred. Aut si hæres suspectam hæreditatem dicens compulsus fuerit eam adire, & alteri restituere rogatus sed postea non reperiatur fideicommissarius cui restituat, quo casu hæredi succurritur, ac si hæreditatem nunquam adiisset, l. apud Julianum m. s. utrum 2. ff. ad Sct. Trebell. Richter. d.l. n. 78. nec competit beneficium separationis iis qui sponte & non ex necessitate fidem hæredis in renovanda, constituenda, differendaq; obligatione secuti sunt, l. est jurisdictionis 2. C. de bon. auet. jud. possid.

THEISIS XII. & Ultima.

Tandem debita feudalia ex feudis, allodialia ex hæreditariis sunt solvenda.

s. 1. Ad onera enim & debita feudi, quæ feudo inhærent, etiam agnati obstricti sunt, ut ut hæreditatem beneficio inventarij adierint, vel intotum repudiaverint, cum ea ipse Dominus, si ei feendum aperiatur, præstare cogatur, vid. Schultz Sy-nops. jur. feud. c. 8. n. 165. Inter illa onera cīmican̄ (1) Onus ali-mentandæ & dotandæ filiæ, Schultz. d. c. 8. n. 166. (2) Debitum cum consensu Domini & agnitorum factum, Schultz. d. c. 8. n. 167. & seq. (3) Debitum in utilitatē feudi conversum Schultz.

d.c.

d.c. 8. n. 173 & seq. (4) Aes alienum ad feudum comparandum
contractum, *Schultz. d. c. 8. n. 185. & seq.* (5) Debitum ad libe-
randum feudum ab onere dotalitij factum *Schultz. d. c. 8. n. 188.*
& seq. (6) Causa alimentorum personis minus perfectis, quæ à
successione feudi arcentur, ut sunt muti &c. præstandorum.
Schultz. d. c. 8. n. 190. (7) Legitima ijs personis, quæ à successio-
ne feudi arcentur, *Schultz. d. c. 8. n. 194.*

§. 2. Ad alia a. debita exsolvenda, quæ hisce nō cōtinentur,
succesores feudi non tenētur regulariter 2. *Feud. 45.* nisi fructus
à Vasallo supersint, *Mynsing. cent. 3. obs. 67. n. ult. vel si agnati hę-
reditatem sine inventario adierint, Schult. d. c. 8. n. 201.* Latè
hęc tractat *Berlich. p. 2. concl. 55.* De allodij exsolutione supra
fere ubiq; tractatum: Et hęc suut, quæ pro ingenij modulo sti-
lo vulgari, de creditorum concursibus proferre volui, fateor
lubens meliora comtius, tersiusq; potuisse in arenam adduci,
sed detur venia ab æquo Lectore, non enim omnia possu-
mus omnes, veniaq; puto dabitur, si reputetur
quod ex voto meorum mīhi ad Praxi-
properandum sit.

DEO SIT GLORIA.



05 A 1825

ULB Halle
003 787 532

3



Vogel

PD.

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



io.
M DEO,
&
N SENS
JURISCONSULTORUM
RDINIS,
DE
UM CIR-
IS DEBITO.
CONCURREN-
REDITORUM
VRIBVS,
Æ SIDE
DÆ BERGÆ
ONTE SIL. J. V. L.
dissertabit
L HINTZ,
DO-POMERANUS *Rly*
Autor
• 15. Iulij
terio JCtorum.
TEBERGÆ ,
s Haken, M DC LVIII.